

DIE 19 MARTII
S. IOSEPH CONFESSORIS SPONSI B.M.V.
TOTUM DUPLEX I CLASSIS

AD I VESPERAS

Super Ps.
Ant. VIIIa



M

issus est Ange-lus Gábri- el a De- o ad Ma-rí- am Vír-



ginem desponsá-tam Ioseph. *T.P.* Alle-lú-ia. *Ps.* Laudáte. E u o u a e.

Ps. 112

Laudáte púeri Dóminum: *
Laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedí-
ctum, * ex hoc nunc, et usque in
sæculum.

A solis ortu usque ad occá-
sum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dó-
minus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus nos-
ter, qui in altis hábitat, * et humí-
lia réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et
de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípi-
bus, * cum princípiibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in

domo, * matrem filiórum lætan-
tem. Glória.

Ps. 116

Laudáte Dóminum ómnes
Géntes: * laudáte eum óm-
nes pópuli.

Quóniam confirmáta est su-
per nos misericórdia eius: * et vé-
ritas Dómini manet in ætérnum.

Glória.

Ps. 145

Lauda, ánima mea Dómi-
num, † laudábo Dóminum in
vita mea: * psallam Deo meo
quámdiu fúero.

Nolite confidere in principi-
bus: * in filiis hóminum, in qui-
bus non est salus.

Exíbit spíritus eius et reverté-
tur in terram suam: * in illa die
períbunt omnes cogitatiónes
eórum.

Beátus cuius Deus Iacob
adiútor eius, † spes eius in
Dómino Deo ipsíus: * qui fecit
cælum et terram, mare et ómnia
quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæ-
culum, † acit iudícium iniúriam
patiéntibus: * dat escam esuri-
éntibus.

Dóminus solvit compedítos: *
Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, * Dó-
minus díligit iustos.

Dóminus custódt ádvenas, †
pupíllum et víduam suscípíet: *
et vias peccatórum dispédet.

Regnábít Dóminus in sæcu-
la, † Deus tuus, Sion, * in gene-
ratiónem et generatiónem.

Glória.

Ps. 146

Laudáte Dóminum, quóniam
bonus est psalmus: * Deo
nostro sit iucúnda decoráque
laudátio.

Ædífcans Ierúsalem Dómi-
nus: * dispersiónes Israélis con-
gregábit.

Qui sanat contrítos corde: * et
álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem
stellárum: * et ómnibus eis nómi-
na vocat.

Magnus Dóminus noster et
magna virtus eius: * et sapiéntiæ
eius non est númerus.

Suscípíens mansuétos Dómi-
nus: * humílians autem pecca-
tóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessi-
óne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus: *
et parat terræ plúviam.

Qui producít in móntibus
fenum: * et herbam servitúti hó-
minum.

Qui dat iuméntis escam ipsó-
rum: * et pullis corvórum invo-
cántibus eum.

Non in fortitúdine equi volun-
tátem habébit: * nec in tibiis viri
beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino su-
per timéntes eum: * et in eis qui
sperant super misericórdia eius.

Glória.

Ps. 147

Lauda, Ierúsalem, Dómi-
num: * lauda Deum tuum,
Sion.

Quóniam confortávit seras
portárum tuárum: * benedíxit fi-
liis tuis in te.

Qui p[ro]p[os]uit fines tuos pacem: *
et adipe frum[en]ti s[ati]at te.

Qui emittit eloquium suum te-
rrae: * velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: *
n[eb]ulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut
buccellas: * ante faciem frigoris
eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum et

liquefaciet ea: * flabit spiritus
eius et fluent aquae.


Qui annuntiat verbum suum
Iacob: * iustitias et iudicia sua
Israel.

Non fecit taliter omni nati[on]i:
* et iudicia sua non manifes-
tavit eis.

Gloria.



Missus est Ange-lus Gábri- el a De- o ad Ma-rí- am Vírgi-nem



desponsá-tam Ioseph. *T.P.* Alle-lú-ia.

Capitulum

Prov. 28 et 27

Vir fidélis multum laudábi-
tur: et qui custos est dómini
sui glorificábitur.

Capitulum

Prz. 28 i 27

Maż wierny wielce chwalon
będzie, a kto strzeże Pana
swego, uczczon będzie.

R:
IV



Ange-lus Dómi- ni appá-ru- it Ioseph, di- cens:




Io-seph fi-li Da- vid, noli timé-re accípe-re Ma-rí-



am cóniugem tu- am: quod enim in e- a na-tum est de



Spí- ri-tu San- cto est: * Pá-ri- et au-tem fí- li- um:



✠ Et vocá-bis nomen e- ius Ie- sum. *T.P.* Al-le-



lú- ia. *∇* Cum esset desponsá-ta ma-ter Iesu Ma- rí- a



Ioseph, án-tequam conve-ní-rent, invénta est in ú- te-ro ha- bens




de Spí- ri-tu San- cto. * Pá-ri- et. Gló-ri- a Pa-tri, et



Fí-li- o, et Spi-rí- tu- i San- cto. *Ex.T.P.* ✠ Et. *T.P.* Alle.

Hymnus
VI


T



e Ioseph cé-lebrent ágmina cæ-li-tum, Te cuncti ré-sonent



Christí- adum cho-ri, Qui clarus mé-ri-tis iunctus es ínclytæ Casto



fœde-re Vírgi-ni.

Almo cum túmidam gérmine
cóniugem
Admírans, dúbio tängeris ánx-
us,
Afflátu súperi Fláminis Angelus
Concéptum Púerum docet.

Post mortem réliquos sors pia
cónsecrat,
Palmámque eméritos glória sú-
cipit:
Tu vivens, Súperis par, frúeris
Deo,
Mira sorte beátior.

Tu natum Dóminum stringis, ad
éxteras
Ægýpti prófugum tu séqueris
plagas;
Amíssum Sólymis quæris, et ín-
venis,
Miscens gáudia flétibus.

Nobis, summa Trias, parce pre-
cántibus,
Da Ioseph méritis sídera scán-
dere,
Ut tandem líceat nos tibi pérpetim.
Gratum prómere cánticum.
Amen.

Versiculus:

Ÿ: Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. *T.P.* Allelúia.

℞: Stolum glóriæ induit eum. *T.P.* Allelúia.

Ad Magn.
Ant. VIIa


E



xsúrgens Ioseph a somno fe- cit sicut præcépit e- i



Ange-lus Dómi-ni, et accépit cóniugem su- am. *T.P.* su-am, alle-



lú-ia. C. Magní-fi-cat. E u o u a e.

Canticum B. Mariæ Virginis

Luc. I, 46-55

Magníficat * ánima mea Dó-
minum.

Et exultávit spíritus meus * in
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem an-
cíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beá-
tam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui po-
tens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progé-

nie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio
suo: * dispérsit supérbos mente
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et
dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham, et sémini
eius in sæcula. Glória.

Oratio

Beati Patriárche Ioseph, san-
ctíssimæ Genetrícis tuæ
Sponsi, quæsumus, Dómine, mé-
ritis adiuvémur: ut, quod possibí-

litas nostra non óbtinet, eius no-
bis intercessióne donétur: Qui vi-
vis et regnas in unitáte Spiritus
Sancti, Deus per ómnia sæcula
sæculórum.

Amen.




Bene-di-cámus Dó- mi- no.
 R̄. De- o grá- ti- as.

AD II VESPERAS


Sup. Ps.
 Ant. VI



I bant pa- réntes Ie- su per omnes annos in Ie- rú-



sa- lem, in di- e so- lémni Paschæ. *T.P.* Alle- lú- ia.



Ps. Dixit Dóminus. E u o u a e.

Psalmus 109

Dixit Dóminus Dómino me-
 o: * sede a dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos, *
 scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet
 Dóminus ex Sion: * domináre in
 médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die vir-
 tútis tuæ in splendóribus sanctó-
 rum: * ex útero ante lucíferum

génui te.

Iurávit Dóminus, et non pæni-
 tébit eum: * Tu es sacérdos in
 ætérnum secúndum órđinem
 Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, *
 confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natió nibus implé-
 bit ruínas: * conquassábit cápita
 in terra multórum.

De torrén te in via bibet: * pro-
 ptérea exaltábit caput. Glória.

Psalmus 111

Beatus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen eius: * generátio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo eius: * et iustítia eius manet insaeculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors et miserátor, et iustus.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermones suos in iudício: * quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit iustus: * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in Dómino, † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despiciat inimícos suos.

Dispérsit dedit paupéribus: † iustítia eius manet in saeculum sæculi: * cornu eius exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

Psalmus 112

Laudáte púeri Dóminum: *
Laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super caelos glória eius.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humí-lia réspicit in caelo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Glória Patri.

Psalmus 115

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quae retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum eius:

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancillae tuae.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et in nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius: * in átriis domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.

Glória Patri.

Psalmus 125

In converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti:

Tunc replétum est gáudio os

nostrum: * et lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobiscum: * facti sumus lætántes.

Convérte Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, * in exultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, * portántes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos. Glória.

I-bant pa-réntes Ie-su per omnes annos in Ie-rú-sa-lem,
in di-e so-lémni Paschæ. *T.P.* Alle-lú-ia.

Capitulum Vir fidélis *ut in I Vesperis.*

Hymnus Te Ioseph célebrent *ut in I Vesperis.*

Versiculus Amávit eum Dóminus *ut in I Vesperis.*

Ad Magn.
Ant. IIIb

E

cce fide-lis servus et prudens, quem consti-tu- it Dómi-

nus super famí- li- am su- am. *T.P.* su-am, alle- lú- ia.

C. Magní-fi-cat. E u o u a e.

Oratio Beati Patriárche Ioseph *ut in I Vesperis.*

Benedicamus Dómino *ut in I Vesperis.*



stowarzyszenie:
schola
gregoriana
silesiensis

